Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: <a href="https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/deed.de" target="_blank">CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"></a>



quod generatio ista signum querit
f amen dico vobis: si dabitur genera-
tioni isti signum et dimittens eos
ascendit iterum navim: et abyt
trans fretum et oblti sunt panem
sumere: et nisi unum panem non ha
bebant secum in nave et praecepit
eis dicens. Videte et cavete a fer-
mento pharisaeorum: et fermento
herodis. Et cogitabant ad alterum
dicentes: quia panes non habemus
Quo cognito ait illis Jhesus quid
cogitatis quia panes non habetis
Nondum cognoscitis nec intelligi-
tis adhuc cecatum habetis cor ves-
trum. Oculos habentes non videtis:
et aures habentes non auditis. Nec
recordamini cum quinque panes fregi
in quinque milia: et quot cophinos
fragmentorum plenos sustulistis.
Dicunt ei. Duodecim. Quando et sep-
tem panes in quatuor milia. quot
sportas fragmentorum tulistis.
Et dicunt ei septem. Et dicebat eis
Quomodo non dum intelligitis Et ve
nit bethsayda. Et adducunt ei ce-
cum: et rogabant eum ut illum tan-
geret Et apprehensa manu ceci e-
duxit eum extra vicum: et expuens
in oculos eius impositis manibus
suis interrogavit eum si quid vi
deret Et aspiciens ait. Video
homines velut arbores ambulan-
tes Deinde iterum imposuit ma-
nus super oculos eius: et coepit videre
et restitutus est: ita ut clare vi
deret omnia Et misit illum in domum
suam dicens. Vade in domum tuam:
et si in vicum introieris nemini
dixeris Et egressus est Jhesus
et discipuli eius castella caesareae
philippi: et in via interrogabat dis-
cipulos suos dicens eis. Quem me
dicunt esse homines Qui respondent
illi dicentes. Johannem baptista
alii helia alii vero unum de prophe-
tis

Tunc dicit illis. Vos vero quem me
g esse dicitis Respondens petrus ait
ei Tu es christus filius dei viventis
eis: ne cui dicerent de illo Et coepit
docere eos: quoniam oportet filium ho-
minis pati multa et reprobari
a senioribus et a summis sacerdotibus
et scribis et occidi: et post tres di-
es resurgere Et palam verbum loq
batur Et apprehendens eum petrus:
coepit increpare eum. Qui conversus
et videns discipulos suos: comi
natus est petro dicens. Vade re-
tro me sathana. quoniam non sapis
quae dei sunt: sed quae sunt homi
num Et convocata turba cum discipulis suis:
h dixit eis Si quis vult me sequi
deneget semetipsum et tollat cru
cem suam et sequatur me Qui enim vo
luerit animam suam salvam facere per
det eam: qui autem perdidit animam
suam propter me et evangelium: salvam
faciet eam Quid enim proderit homi
ni si lucretur mundum totum: et detrime
ntum anime sue faciat. aut quid ho
mo commutationis dabit pro anima
sua. Qui enim me confusus fuerit
et verba mea in generatione ista
adultera et peccatrice: et filius
hominis confundetur eum cum venerit
in gloria patris sui cum angelis
sanctis:-

Dixit

a Et dicebat illis. Amen di
co vobis: quia sunt quidam
de hic stantibus qui non
gustabunt mortem donec videant
regnum dei venientem in virtute et
post dies sex assumpsit jhesus pe-
trum et jacobum et johannem: et
duxit illos in montem excelsum so-
los: et transfiguratus est coram
eis Et vestimenta eius facta sunt
splendentia et candida nimis se
cundum: qualia fullo non potest super
terram candida facere Et apparuit
illis helias cum moyse: et erat loqui